



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Cap. XIII. Prosequitur coeptam de primi Discalceatoru[m] Carmelitarum
conuentus fundatione narrationem. De vita quoque eorum, & fructu quem
ibi dominus facere incipiebat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

quando habemus. Omnis namq; tanta cum moderacione recreatio cō-
ceditur, vt dumtaxat ad imperfectiones sororum tali in occasione co-
gnoscendas, & aliquantulum relaxationis ad regulæ rigorem melius fe-
rendum, capiendum concessa intelligatur. Is autem adeo probæ vitæ e-
rat, vt plus ego ab ipso, quam ipse à me discere possem: at non hoc erat
quod spectabam, sed dumtaxat, vt hac ipse ratione modum formamq;
tuerendi, quam sorores seruarent perspiceret.

Deo porro disponente factum, vt illuc tum appelleret Ordinis no-
m Prouincialis, cuius beneplacitū & facultas requirebatur, F. Alfonsus
Gonsaluius, vir senex, optimæq; indolis, & omnis malitiæ expers. Tan-
tante ei dixi, cum ab ipso ad opus hoc auspiciandum facultatem pete-
rem, deq; ratione, quam Deo iudici si tā bonum opus impediret, red-
diturus esset, vt, illius maiestate, quod hoc ipsum executioni mandari vo-
lebar, illum disponente, valde moderatè placideq; mihi responderit. At
cū deinde D. Maria Médosia & Episcopus Abulensis, qui illius est fra-
ter, quiq; semper nobis & fauit, & auxiliatus est, eum conuenissent, fa-
cile cum ipso negotium confeceret, nec non cum P. Angelo de Salazar,
Prouinciali defuncto, à quo plus imminere difficultatis & repugnantia
formidabam. at occurrit tum forte fortuna casus, in quo D. Maria Men-
dosia is fauore auxilioq; opus habuit; & hoc non mediocriter ad facul-
tatis prædictæ imperationem conduxisse mihi persuasit: vt taceam,
etiam hac occasione non oblata, futurum vt Dominus hanc menti eius
voluntatem inspiraret, vt & P. N. Generalis, qui nimium quantum ab
eius ad hoc proposito videbantur, mentem mutauit.

Quam multa, Deus bone, hisce in negotijs, quæ prorsus vt fierent
impossibilia videbantur, feliciter à diuina Maiestate, omnibus difficul-
tatis exsuperatis, ad exitum deducta vidi! Ah, quanta mea confusio
est, vidi me quæ vidi, & non esse me meliorem quam sum! certè mo-
do dum hoc scribo etiamnum obstupescō, ac velim Dominum omni-
bus in mundo patefacere, nihil propè esse quod hisce in foundationibus
nos creaturæ præstitimus: ipse namq; Dominus vniuersa solus dispo-
suit, idq; per initia & fundamenta quædam tam tenuia, vt sola Maiestas
eius ad illum, in quo modò sunt, statum eadem euehere potuerit. Sit
ipse in æternum benedictus.

*Facultatem
prouincialis
ad hoc ob-
tinet S. Ma-
ter.*

*Deus in re-
bus Ordinis
Discalcea-
torii ad exi-
tum dedu-
cendū om-
nia pene so-
lus confecit,
homines
prope nihil.*

CAPIT. XIII.

PROSEQUITUR COEPTAM DE PRIMI DISCALCEATORVM-
Carmelitarum cōuentus fundatione narrationem. De vita quoque quam in eo
instituebant primi illi Patres, nec non de fructu, quem illi in
locis Dominus ad honorem & gloriam nominis sui
facere incipiebat, nonnulla tradit.

Matris Teresæ Opera. Aaa Vt

RESIA

222

177

178



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

The

VT ergo hæc duas voluntates in potestate mea habui, nihil mihi ulterius deesse videbatur. decreuimus itaque, vt P. Ioannes de Cruce in domum quam dixi concederet, eamque ita adaptaret & concinnaret, vt, quomodocumq; liceret, in ipsa habitari posset. nam tandem festinato opus censebam, quoad usq; res iam cœpta foret. non parum enim timebam, ne quod inexpectatò nobis obstaculum suboriretur. Atque res peracta est. Iam P. Antonius nonnullam ad vsum necessarium supellectilem collegerat, quæ & nos à parte nostra prout potuimus contulimus autem parum adiuiimus. Mox autè ad me conuenientià V. solerū, magno animi cum iubilo excurrit, mihiq; quidnam rerū colligisset significauit, quod certè nimis quàm exiguū erat: ab horologio solum bene instructus erat; nam quinq; sibi cōpararat: vnde mihi inueniendi occasiōem dedit. Ad horas bene dispositas habendas ea se contulisse dixit, quòd à tempore præoccupari, & non ordinato tēpore agere nolleret. Credo sanè, eum ne quidem tunc habuisse, super quo numerum caperet. In domo vsui nostro adaptanda aliquantulum lecti concedebatur, quòd deesset ad fabricandum pecunia, tamen si multum cum animi promptitudine & quàm lubentissimè renuncians, animam regulam seruandam voto se obligauit; imò, ne quidem aliquod eius periculum, id me suadente, prius facere in vmbra voluit: vnde summo animi gaudio & lætitià ad togurium suum nouum sese recepit. Ioannes autem de Cruce iam tum ibi agebat.

Op

Hic porro Antonius mihi postea asseruit, vt primum in illius conspectum venit, maximum se internè gaudium sensisse, ac se sibi iam mundum planè se debellasse, quod eum penitus omnia iam desereret, intraq; solitudinem illam sese abderet. vnde nec huic Ioanni domuncula illa displicuit, sed in summis se maximisque delectationibus agere putabant. Quàm, ò Deus bone, hæc ædificia & delicia ac recreationes exteriores ad pacem interiorem parum conducunt! Vnde eius amorem vos obsecro, carissimæ, & vos Patres, vt in domibus vestris & pretiosis semper omnem quam potestis moderationem adhibeatis. versentur nobis ante oculos veri nostri fundatores, qui summi Dei illi patres, à quibus descendimus, quos per hanc paupertatis & militatis viam ad Dei fruitionem peruenisse nouimus. Et sane, vt reat quòd res est, semper plus spiritus, nec non gaudii interioris videri videntur, quàm postea cum iam domum amplam habent, & que commoditates, quantumlibet illa magna sit, quid nobis inderent aut fructus sequitur, cum vnus dumtaxat cella vsum continet.

*Ponuntur
fundamenta
Ordinis
Discentia-
torum.*

*S. M. domos
splendidas
suis assun-
det.*

si illa capacissima sit, & bene constructa, quid nostra interest, cum patres nos respicere & considerare minime oporteat si item consideremus, non esse domum, quæ in perpetuum nobis durare debeat, sed solum ad tam modicum tempus, ac vita nostra durat (quantumlibet illa longa sit); omnia nobis quam suavisima videbuntur, scientibus, quod minas & pauciora hinc in terra habebimus, eo plura nos in illa æternitate possessuros, in qua nobis habitacula & mansiones dantur pro ætate, quo boni nostri Iesu vitam imitati fuerimus, paritate aut magis gratitudine. Si hæc esse principia dixerimus, ad regulam B. Virginis, eius Matris, Domine ac Patronæ nostræ, renouandam: hanc illi, quælibet, iniuriam non inferamus, neque sanctis nostris Patribus qui nos præcesserunt, ut illorum vitam imitari nolimus, & quamuis ob imbecillitatem nostram, in omnibus illos imitari non possimus, in iis saltem quæ ad vitæ sustentationem nec profunt, nec obsunt, magna cum circumspectione procedamus necesse est; cum omnia non nisi modicus curam labor, si que lapidus sit, qualem eum duo illi Patres initio habebunt eumque; semel generosè apud nosmetipsos statuimus, & proponimus, illam exsuperare, omnis iam expugnata difficultas est, cum omnis pena non nisi modicum quid in principio sit.

Prima autem secunda Dominica Adventus, anni huius M.D.LXVIII. (neque enim satis recorder, vtra harum Dominicarum fuerit) primum factam in atrio illo Bethlehemitico (nihil enim id mihi illo pretiosius fuisse videtur) celebratum est. Quadragesima post sequeute, cum à Toletana foundatione reuertens, illac transirem; & summo manè locum illum inuiserem, reperi P. Antonium templi ianuam scopis euerrentem, facie ad hilaritatè quam maxime composita, qualem is semper præfert. Cui ego, *Quid hoc est, mi Pater: vbi nam iam est honor?* Qui mox subintulit, simul mirè gaudium quod identidem sentiebat, mihi significans, *Maledicta tempora, quo cum aliquando magni feci.* Templum autem ingrediens, mirata sum spiritus & deuotionis copiam, quam ei loco Dominus indiderat meque ego solum, sed & duo meratores, qui iam inde à Metina me illuc vsque comitari erant, meiq; fautores erant, identidem plorabant: omnia quippe vndiq; crucibus & cranijs mortuorū plena erant. Vnde verò mihi memoria excidit parua quedam crux è ligno sculpta, iuxta a que benedictæ vasculū, cui chartacea quedam imago Christi crucifixi affixa erit, q̄ maiorè exspirare deuotionè videbat, quā si è re pretiosa & artificiosissima cōfecta fuisset. Chor⁹ erat, spatiū illud intermediū, q̄ in medio vtrūq; altū erat, vt in eo horas recitare possent; sed ingrediētes, vtq; in eo sacrum audirēt, valde sese inclinare oportebat. Duo ibi habebāt in angulis vers⁹ tēplū porrectis eremitoriola (in quib⁹ non nisi sedētis aut humi abiecti

RESIA

RESIA

P. Antonij
à Iesu hu-
milis.

Pauperum.

abieci agere poterant) freno repleta; quod & locus admodum
 frigidus, & capiti penè tectum immineret, duasque hic altare religio-
 tes habebat fenestellas, & duo saxa in usum cervicalis; suas quoque
 hic habebant cruces & ctania. Intellexi illos, dictis matutinis, vique
 Primam inde non discedere, sed illic in oratione, quam satis pre-
 instituebant, permanere; & nonnumquam factum, vt, quando ad
 mam ibant, per altam niuem cum vestibus suis incederent, nec
 eam senserint. Horas suas cum alio quodam Patre ordinis m. ag. q.
 vt cum illis habitaret, illuc concesserat, (esto non mutasset habentem
 quod esset valerudinis satis imbecillis) & alio quodam fratre
 qui Ordinibus sacris initiatus nondum erat, qui etiam ibidem agere
 recitabant. Ad multa loca vicina, quæ doctōribus & doctrina de-
 erant, prædicatum excurrebant; vnde & ob hanc causam gaudium
 domum illam ibidem constitutam esse, quod videlicet intellexi, &
 ibi in vicinia monasterium vllam esse, nec eius habendi speram
 apparere. quod certè res verè deploranda erat. Tantam autem
 tempore sibi apud rurales auctoritatem compararant, vt, cum præ-
 id cognoui, maximè mihi id consolationis fuerit occasio. Iban-
 dixi, ad conciones habendas, ad sesquileucam, vel etiam duas, con-
 des (nam tunc nō gestabant celones aut sandalia, quos postea præ-
 iussi sunt induere) per densas niues, & summo in frigore; & post
 die toto concionibus habendis, & confessionibus ex capite
 sent, non nisi ad vesperam domum, cibum aliquem sumpturi
 bantur. Quod autem inde sentiebant, gaudium ac voluptas omnino
 parua & modica videri faciebat. Victui necessaria satis ijs sup-
 nam è locis circumcirca positis plus eis ciborum adferabatur, quam
 pus haberent; quin & viri nonnulli nobiles, in locis & pagis illa
 tes, Confessionis gratia eos accedebant; qui simul iam tum com-
 dios domos & melius fitas ijs offerebant. Inter alios fuit quidam
 douicus, Quinque ciuitatēsis Toparcha. & edificarat hic Sacellum
 gini cuidam Beatissime Virginis, quæ certè veneratione & honore
 ni quam dignissima erat, quamq; pater eius, iam inde è Belgio, ad
 auiam aut matrem (neq; enim satis recorder) quodam cum meo
 miserat. vsque adeo porro is erga eam affectus fuit, vt multis eam
 domi suæ asseruarit, quin & postea in hora mortis ad se defert
 Est magna quædam labella, qua, mea vita, nihil vidi aut melius
 gantius, quod & alij permulti mecum testantur. Porro P. Ant
 Iesu, cum, Ludouico petente, ad locum prædictum concessisset,
 ginem illā corā vidisset, ita erga eam affici cepit (& non sine
 vt non abnuerit monasterium illuc transferre (Loco nomen Ma-

*Illius dum
 ocys; feruor.*

*Excurrunt
 ad loca vici-
 na verbum
 Dei edo-
 vi.*

quo aqua putealis laboraret penuria, nec vlla eius ibi habendæ ratio
 petere videretur. Ludouicus autem patrum eis (pro ratione voca-
 tionis & professionis ipsorum) monasterium condidit; quin & templo
 ornamenta addidit, omniaque bene perfecit. Nolo verò hic omittere
 referre, qua Dominus ratione aquam ipsis dederit, quia pro miraculo
 res habitata fuit. Cum enim quadam die P. Antonius, qui Priorem age-
 bat cum fratribus suis post cenam in claustro loqueretur, ac de aqua
 laborabant, defectu sermonem misceret; ecce tibi subito exsur-
 gens, eo, quem in manibus habebat, scipione quadam in parte areæ signu
 crucis efformauit (vt mihi quidem videtur; nam nequidem satis bene
 recordor, an eo crucem fecerit, saltem baculo ipso signauit locum) di-
 xit. *Jam hic effodite.* Vix aliquantulum terræ effoderant, cum tantum a-
 quæ subito prorupit, vt etiam ad emundandum puteum, iam eius vis
 exeat in hiberi: est autem hæc aqua sapidissima & potui accommoda-
 tissima; nam toto eo tempore quo ædificatum est, inde aqua petita est,
 & nunquam (vti dixi) puteus euacuatur. Posteaquam verò hortum
 quemdam muro inclusissent, aquam in eo habere procurarunt; hinc
 varias scrobes in eo fecerunt, multum pecuniæ impendentes, & tamen
 hæcenus (post omnem operam) eam inuenire non potuerunt.

Vt ergo domunculam illam, in qua antè paulò vix habitari pote-
 rat, ratem spirare deuotionem vidi, vt, quocumque meos oculos con-
 cererem, viderem quæ me ædificabant, simul & audiui quæ primi illi
 viuendi normâ tenerent, nec non quomodo mortificationi & orationi
 mitterent, & quam bonū omnibus exēplum darēt (ibi nāq; me inuisum
 videri vit quidā nobilis, eiusq; vxor, quos nouerā, quiq; vicino quo-
 dam in pago commorabantur, ac multa de illorum sanctitate, nec non
 fructu eximio quem inter homines pagi illius faciebant, mihi refere-
 bant; gratis Domino agendis minimè satiabar; idq; cum maximo quo-
 dam cordis gaudio: quòd iam rum initia quædam daræ viderem rei,
 quæ ad incrementum Ordinis nostri, & insigne Domini obsequium
 minificè faceret. Dignetur illius Maiestas, eā prout quidem iam procedi-
 dit, viticus semper promouere: nam tunc cogitatio & cōceptus meus,
 venissimus erit. Qui mecum venerant mercatores, dicebant, quòd pro
 toto mundo nolent non venisse mecum. Quid verò non est virtus; vt
 magis illis placeret hæc paupertas, quàm omnes quas ipsi possidebant,
 duntaxat, hæc quoq; animum eorum satiarit & consolata sit. Postquam
 autem Patres illi & ego de rebus nonnullis tractassemus, eos in primis
 quàm studiosissimè rogavi (prout quidem ipsa sum debilis & improba)
 vt in austeritatibus subeundis tam in se rigidi non essent, vti erant; me-
 tuebam enim, ne, quod tot mihi votis & orationibus apud Dominum
 consu-

*Miraculoſe
 Deus de a-
 qua discal-
 centis pre-
 dixit.*

*Illorum pa-
 nitentia &
 rigor.*

constitisset aliquē scilicet vt mihi ipse daret qui rē aufpicaretur, quod
 que iā tā bene procedebat, penitus concideret, cae dā mōne illas
 conficiendi & subuertiendi medium quærento, quā quod ipsa cono-
 peram & sperabam ad exitum perduceretur: sed, quod imperfecta, &
 parua essem fidei, non cogitabam id esse opus Dei, eiusque Matris
 id promoturam. At illi (quod haberent illa quæ mihi deerant) interre-
 ba, ad exercitia sua intermittenda, parum morabantur. Vnde maxime
 cum animi consolatione inde discessi, tamen pares & eas, quas tam
 gens opus promerebatur, Deo gratias non agerem. De Matris enim
 (quæ illius est bonitas) vt aliquod ei è multis illis quæ ei debeo obli-
 quium rependere digna sim. Amen. Etenim satis intelligebam, quod
 multo maiorem gratiam & beneficium esse, quam illam, quam, vt Mo-
 nialium Conuentus erigerentur, mihi præstitit.

CAPVT XIV.

AGITVR DE FVNDATIONE CONVENTVS TOLETANI
Iosepho denominati, qui anno M.D.LXIX erectus est.

*Toletani ca-
 nobij origo.*

Commorabatur Toleti mercator quidam honorabilis, atque ego
 gius Dei famulus, qui hætenus inire matrimonium noluerat,
 vitam Christiano cum primis dignam agebat, veritatis & honestatis
 cultor acerrimus, & nullū nisi licitum commercium inire volens. Pro-
 positum hic habebat non alio scopo aut intentione opes coacervare,
 quam vt ex ijs quoddam Deo gratissimum opus excitaret. nomen
 illi erat Martinus Ramirius. Hunc ergo morti iam vicinum Paulus
 nandius Societatis Iesu Sacerdos, (quo ego Confessario, cum Toleti
 agerem, ad Malagonensem fundationem properans vsa eram) videri
 intellexit, inuisit: & quod Toleti Discalceatis monialibus erigi
 que canobium cum primis cuperet, ei, quantum hoc ad diuinum
 quium futurum esset dixit, addidit præterea eos quos fundare ele-
 uerat Sacellanos & capellanas, in isthoc monasterio fundari posse.
 demque certas quasdam solennitates, & reliqua omnia, quæ
 vrbis illius paræciæ legare & fundare constituerat, haud incommo-
 posse celebrari. Ea porro ipsius fuit imbecillitas, vt cū sibi rē
 constituēda necessariū, minimè suffeaturum crederes, rem omnem
 suo Alfonso Aluaro Ramirio, viro prudenti, religioso, sincero, &
 genos profuso, & rationis præscriptum in omnibus sequenti
 dare elogia meritò & verè possum, vt pote testis oculata; quod
 eodem egerim) cōmiserit. Martino porro ex hac vita decessit.